



Eruditissimo viro,

Johanni Ernesto imman. Walchii,
Sreg. Majanici Senens. Valentini.

d. 2.

Cum feliciter laborarem in explicanda
progenie vocis Ur, ecce nuntium ino-
pinatum, apud Regiam Valentiniam
Curiam referendum esse de jure aquae
irriguae, quod Oliva, patria mea ha-
bet, in quo ejus opes maximae sitae
sunt: cumque opus esset ut totius
causae conjectionem conficerem ad
Judices melius informandos; necessa-
rium fuit susceptum opus deserere
ne patriae meae in summo omnium
negotio ullo modo dessem. Praeterea
ob eandem causam Valentiam per-
gere debeo: et donec inde redeam,
opus jam prope absolutum, perficere
non potero: et intra quod spatium tem-
poris spatium dicere nequeo. Res est
tamen paucorum mensium, quod
se

Te scire volo, ne diutius mei causa
 quarti voluminis amplissimae Socie-
 tatis nostrae editionem differas. Ego
 tarditatem meam bona fide com-
 pensabo. Vale, vir eruditissime, et hu-
 manissime; et quid Patriae meae de-
 beam, cogita, ut in me sis indulgen-
 tior. Olivae, xviii. Calendas Julias
 Anni MDCCLV.